Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



INCPT LIBER PRIMVS
DE TABERNACVLO
ET VASIS EIVS

LOCVTVRI IVVANTE DNO DE
figura tabernaculi & uasorũ atq; utensiliũ eius.
primo situm loci. & circumstantias rerũ quomo
do sé sé habuerunt. quando haec fieri quae
praecepta sunt inspicere. atque adtentius
considerare debemus, Omnia autẽ sicut
apostolus ait In figura contingebant illis,
scripta sunt autem propter nos. Omnia uidelicet
non solum facta uel uerba quae sacris litteris
continentur. uerum etiam locorũ & aurarum
& temporum situs. & ipsarum quoq; in quib;
gesta siue dicta sunt circumstantia rerum,
Dixit inquit dnus ad moysen. ascende ad me in
montem. & esto ibi. daboq; tibi tabulas lapi
deas & legem ac mandata quae scripsi ut doceas
eos, Daturus ergo legem moysi dnus. primo
illum in uerticem montis euocat. ut in alto
secum demoratur. liberius audiat quae ad infe
riora redens populum praecepta doceat,
simulq; excelsitudine loci colligat. quam celsa